manuscript

Seite 93v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hoste debilitato tu fortior effi
ceris nisi forte tibi illam
infamissime ducas amicam
que non cessat concupiscere
aduersus spm / Vide ergo si
non prudenter sagittari et in
pugnari salubriter postulat
sctus cum dicit in oratione / Con
fige timore tuo carnes meas
Optima timor iste sagitta que
confixit et interficit carnis
desideria vt spus saluus sit
Sed et qui castigat corpus suum
et in seruitutem redigit none
is tibi videtur manu const se
pugnantis ipe vinciae / Est et sa
gitta sermo dei viuus et effi
cax et penetrabilior omni gla
dio ancipiti / De quo saluator
Non veni inquit pacem mittere
e · sed gladium / Est etiam sag
ta electa amor xpi quo maria
quam non modo confixit sed
etiam pertransiuit vt nullam
in pectore virginali parti
culam vacuam amore reli
queret / sed toto corde tota ai
ma / tota virtute diligeret et
esset gratia plena / aut certe
pertransiuit eam vt veniret
vsque ad nos / et de plenitudine
illa omnes acciperemus et fiet
mater caritatis / cuius pater
est caritas / deus parturiens /
et in sole ponens tabernaculum

suum vt scriptura impletur
que dicit / Dedi te in lucem gen
vt sis salus mea vsque ad extremum
terre / Hoc enim impletum est
per Mariam que in carne vi
sibilem edidit / quem inuisibilem
nec de carne / nec cum carne
suscepit Et illa quidem intra
se grande et suaue vulnus
accepit amoris / Ego vero me
felicem putauerim / si summo
saltem quasi cuspide gladii
huius pungi interdum me sen
sero vt vel modico amoris
accepto vulnere / dicat etiam anima
mea / Vulnerata caritate ego su
Cuius michi tribuat in hunc
modum non modo vulnerari
sed expugnari omnino vsque ad ex
terminacionem coloris et caloris
illius qui militat aduersus
animam Si exprobrauerit filie
huius seculi illi anime que huius
modi est dicentes pallidam et
sine colore esse / non tibi con
tremere posse respondere videbitur
Nolite considerare quod fusca sim
quia decolorauit me sol / Et si
se ad hoc meminerit puerum esse
adhortacionibus seu increpacio
bus aliquorum seruorum dei
emulancium eam dei emula
cione / nomine consequenter vera
citerque inferre poterit / quia
filie matris mee pugnauerunt